



CONGREGATIO DE CULTU DIVINO  
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. 498/14

## THORUNIENSIS

Sanctam Teresiam a Iesu Infante, virginem et Ecclesiae doctorem, quae viam ad christianam perfectionem per spiritalem infantiam docuit atque in animarum salutem et Ecclesiae incrementum omnem mysticam sollicitudinem infundit, clerus et christifideles urbis v. d. *Górzno* peculiari necnon assiduo cultu prosequuntur.

Inde Excellentissimus Dominus Andreas Adalbertus Suski, Episcopus Thoruniensis, communia vota excipiens, etiam auctoritatis civilis, electionem Sanctae Teresiae a Iesu Infante in Patronam apud Deum illius urbis rite approbavit. Idem vero, litteris die 6 augusti 2014 datis, enixe rogavit ut huiusmodi electio et approbatio, iuxta Normas de Patronis constituendis confirmarentur. Congregatio porro de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum eidem a Summo Pontifice FRANCISCO tributarum, attentis expositis, cum electionem et approbationem ad iuris praescriptum peractas esse constet, precibus annuit atque

SANCTAM TERESIAM A IESU INFANTE,  
VIRGINEM ET ECCLESIAE DOCTOREM  
IN PATRONAM APUD DEUM  
URBIS v. d. *GÓRZNO*

confirmat, omnibus cum iuribus et liturgicis privilegiis iuxta rubricas consequentibus.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 12 mensis maii 2015.

Robertus Card. Sarah  
Praefectus

P. Conradus Maggioni  
Subsecretarius